Num. 52. Cas. 2. num. 15.

CANONVM ECCLESIASTICORVM COLLECTORES GRÆCI ET LATINI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

BIBLIOTHECA IVRIS CANONICI VETERIS

IN DVOS TOMOS DISTRIBVTA.

QVORVM VNVS

CANONVM ECCLESIASTICORVM CODICES ANTIQVOS,

tum Græcos, tum Latinos complectitur;

Subiunctis vetuſtiſſimis eorumdem Canonum Collectoribus Latinis:

ALTER VERO

INSIGNIORES IVRIS CANONICI VETERIS

Collectores Græcos exhibet.

Ex antiquis Codicibus MSS. Bibliothecæ CHRISTOPHORI IVSTELLI.

HORVM MAIOR PARS NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT,

Cum verſionibus Latinis, Præfationibus, Notis, & Indicibus huic editioni neceſſariis.

Operâ & ſtudio GVLIELMI VOELLI *Theologi ac Socij Sorbonici*,

Et HENRICI IVSTELLI, CHRISTOPHORI F.

LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud LVDOVICVM BILLAINE, in maiori Aula Palatij, ad inſigne Magni Cæſaris, & Sancti Auguſtini.

CIↃIↃCLXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

PRÆFATIO
AD LECTOREM
DE HVIVSCE OPERIS EDITIONE.

INTEGRVM ſanè biennium eſt, CHRISTIANE LECTOR, ex quo ad hoc opus, quod nunc tibi tandem repræſentamus, typis excudendum animum appulimus: tantundem enim temporis poſtulabat, vt omnibus numeris abſolutum in lucem ederetur. Si quidem probè norunt eruditi quantum laboris & vigiliarum in eiuſmodi veteribus libris, vel conquirendis, vel eruendis, vel caſtigandis, vel transferendis impendendum ſit.

Ex literario Chriſtophori Iuſtelli penu, totum ferè depromptum eſt, qui vt erat antiquitatis Canonicæ ſtudioſiſſimus, eam quam nactus fuerat ſpartam pro virili plurimùm exornauit, & dum vixit, ſiue in edendis, ſiue in colligendis veterum Canonum libris ſedulam operam nauauit. Cùm enim à multis acciperemus tres Canonum Codices, qui olim à Iuſtello editi fuerant, propter raritatem exemplarium ab omnibus eruditis vehementer exoptari, exiſtimauimus reipub. literariæ nos operæ pretium facturos, ſi Codices illi quos ipſe Iuſtellus ſecundis curis emendauerat, & auctiores reddiderat, iterum typis mandarentur, vnáque cum eis, quinque præcipui Iuris Canonici veteris Collectores Græci, quos ille paratos habebat, ſed morte præuentus publici iuris facere non potuit, ederentur. Et ne quid huic operi deeſſet, quod antiquitatis Canonicæ ſtudioſi deſiderare poſſent, conſilio & hortatu amicorum, nonnullas eiuſdem argumenti veterum Auctorum elucubrationes, quæ ad complementum operis neceſſariæ videbantur, adiunximus, omniáque in vnum corpus compegimus.

Quoniam verò omnes illi Codices & Collectiones Canonum ius illud tantùm vetus ſpectant, quod potiſſimùm in Codice Eccleſiæ vniuerſæ continetur, quo etiam Eccleſia Catholica primis ſeptem Eccleſiæ ſeculis tum in Concilis, tum in iudiciis Eccleſiaſticis vſa eſt; nihil autem eorum complectuntur, quæ ad ius nouum attinent, quod quidem veteri ſucceſſit circa an. Chriſti 836. & paulatim inualuit in Occiden-

ELENCHVS EORVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Quæ aſteriſcis notantur, nunc primùm in lucem prodeunt.

IN PRIMO TOMO.

CODEX *Canonum Eccleſiæ Vniuerſæ à Concilio Calchedonenſi, & Iuſtiniano Imperatore confirmatus, Græcè & Latinè, emendatior quàm in primâ editione.* pag. 29.

CHRISTOPH. IVSTELLI *Notæ in Codicem Eccleſiæ Vniuerſæ, emendatæ & auctæ.* 69.

Codex Canonum Eccleſiaſticorum DIONYSII EXIGVI; *ſiue Codex Canonum vetus Eccleſiæ Romanæ. Ex antiquiſſimo Codice MS. Bibliothecæ* CHRISTOPH. IVSTELLI. 101.

Epiſtola Synodica S. Cyrilli, & Concilij Alexandrini contra Neſtorium à Dionyſio Exiguo in Latinum ſermonem tranſlata. 175.

Collectio Decretorum Pontificum Romanorum auctore Dionyſio Exiguo. 183.

Altera Collectio Decretorum Pontificum Rom. Collectioni Dionyſianæ addita. 249.

* *Priſca Canonum editio Latina, complectens Canones Conciliorum Ancyrani, Neocæſarienſis, Nicæni, Sardicenſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodicenſis, Conſtantinopolitani, & Calchedonenſis, nunc primùm edita ex vetuſtiſſimo Codice MS.* CHRISTOPH. IVSTELLI. 277.

Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ, Græcè & Latinè ex editione CHRISTOPH. IVSTELLI *an. 1615. in multis emendata.* 321.

CHRISTOPH. IVSTELLI *Notæ & obſeruationes in Codicem Eccleſiæ Africanæ.* 418.

FVLGENTII FERRANDI *Eccleſiæ Carthaginienſis Diaconi Breuiatio Canonum.* 448.

CRISCONII *Epiſcopi Africani Breuiarium Canonicum.* 456.

* *Indiculi duo in Ferrandum & Creſconium; quorum vnus materiam Canonum, alter verò conſonantiam & diſcrepantiam inter vtrumque declarat; è MS. exemplari* GVLIELMI BLVETI *in Senatu Pariſ. Aduocati, nunc primùm editi.* 467.

IN APPENDICE TOMI I.

* MARTINI BRACARENSIS *Epiſcopi Collectio Orientalium Canonum, adſcriptis ad margines tum variis lectionibus, tum fontibus ex quibus Canones illi deprompti ſunt, curâ & ſtudio* IOAN. DOVIATII *ſacrorum Canonum profeſſoris Regij, nunc primùm edita.* 7.

* CRISCONII *Epiſcopi Africani alterum opus, quod liber Canonum, ſeu Concordia Canonum inſcribitur, in quo integri Conciliorum Canones & Pon-*

nifeſtum decreta referuntur. Ex Codice MS. Bibliothecæ Claromontanæ Societatis IESV. *nunc primùm editum.* 33.

IN SECVNDO TOMO.

* IOANNIS ANTIOCHENI *Scholaſtici dicti, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Collectio Canonum in quinquaginta titulos diſtributa, Græcè & Latinè, quæ nunc primùm in lucem prodit è Codice MS. Bibliothecæ Claromontanæ Societatis* IESV. 499.

* *Eiuſdem* IOANNIS SCHOLASTICI *Nomocanon, Græcè & Latinè è Codice MS. Bibliothecæ Regiæ nunc primùm in lucem editus.* 603.

* ALEXII ARISTINI *Synopſis Canonum, Græcè & Latinè è Codice MS. Bibliothecæ Regiæ nunc primùm edita.* 673.

* SIMEONIS MAGISTRI ET LOGOTHETÆ *Epitome Canonum, Græcè & Latinè è Codice MS. eiuſdem Bibliothecæ Regiæ nunc primùm edita.* 710.

* ARSENII MONACHI *Patriarchæ Conſtantinop. diuinorum Canonum Synopſis, ſiue Nomocanon, Græcè & Latinè nunc primùm edita ex Codice MS. eiuſdem Bibliothecæ Regiæ.* 749.

PHOTII *Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanon cum* THEODORI BALSAMONIS *Patriarchæ Antiocheni Commentariis, Græcè & Latinè è Codice MS. Bibliothecæ Palatinæ anno 1615. editus à Iuſtello: in hac verò editione ad Codicem MS. Eminentiſſ. Cardinalis Mazarini collatus.*

* *Cum Prolegomenis eiuſdem Photij è Codice Bibliothecæ Oxonienſis Græcè & Latinè nunc primùm editis.* 789.

Eiuſdem PHOTII *opuſculum de ſeptem Synodis œcumenicis Græcè & Latinè.* 1141.

NILI *Metropolitæ Rhodij de ſanctis & œcumenicis Synodis enarratio ſynoptica Græcè & Latinè.* 1155.

Auctoris anonymi de ſex œcumenicis Synodis opuſculum Græcè & Latinè. 1161.

Συνοδικὸν, ſiue libellus ſynodicus anonymi auctoris, omnes Synodos tam orthodoxas, quàm hæreticas, à tempore Apoſtolorum ad octauam œcumenicam complectens, Græcè & Latinè. 1166.

* THEODORI BALSAMONIS *Collectio Conſtitutionum Eccleſiaſticarum è Codice, Digeſtis, & Nouellis Iuſtiniani congeſta, olim à Leunclauio Latinè ſub Paratitlorum nomine primùm edita, nunc verò è duobus antiquiſſimis Codicibus MSS. inter ſe collatis Græcè primùm prodit, cum eiuſdem Ioan. Leunclauij verſione in multis emendata.*

* CAROLI ANNIBALIS FABROTI *Notæ perpetuæ in eamdem collectionem Theod. Balſamonis nunc primùm editæ.*

IOANNIS LEVNCLAVII *in Paratitla Notatorum libri duo.*

INDEX

ΒΙΒΛΟΣ ΚΑΝΟΝΩΝ

ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.

CODEX CANONVM

ECCLESIÆ VNIVERSÆ

A CONCILIO CALCHEDONENSI,

ET IVSTINIANO IMP. CONFIRMATVS,

GRÆCE ET LATINE

CHRISTOPHORVS IVSTELLVS primùm reſtituit, ex Græcis codicibus editis & MSS. collegit & emendauit, notiſque illuſtrauit.

Editio altera emendatior, notiſque & obſeruationibus auctior.

CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE VIRO IACOBO LESCHASSERIO IC.

CHRISTOPHORVS IVSTELLVS S. D.

VT diuerſa ſunt hominum ſtudia, VIR CLARISSIME, ego quidem antiquis capior, eóque præſertim ſtudij genere quod ad Iuris Canonici cognitionem pertinet. Itaque quod facere ſolent homines profanæ vetuſtatis ſtudioſi, qui nullum non lapidem reuoluunt, nullámque non in ipſis lapidibus literam obſeruant, vt antiquæ Reipublicæ illuſtrandæ aliquid eruant: id ego in exquirendis vetuſtis Eccleſiæ monumentis, vt veterem Iuris Canonici memoriam recognoſcerem, præſtare conatus ſum. Quare omnibus quas reperire potui Græcis Latiníſque editis & manu exaratis Canonum Collectionibus, collatis & inter ſe comparatis, nullam inueni illâ antiquiorem, cui iam inde ab initio titulus fuit, CODEX, ſiue CORPVS CANONVM, quam Latinam, ex Dionyſij Exigui interpretatione, etiamnum habemus: eáque tantopere affectus fui, vt eam priſtinæ luci reſtituere conſtituerim, non ſolùm Latinam ſed & Græcam. Siquidem, vt fontium purior eſt hauſtus, ſine illis ſordibus quæ in riuulis hærere ſolent, ſic Græcorum libros, quaſi fontes, Latinis antiquores & potiores omnino habendos eſſe duxi, & *Conciliorum veritatem ab ipſis quærendam quorum linguâ edita ſunt*, vt in epiſtola M S. Collectioni Canonum præfixa tradit Iſidorus Mercator. Hæc quippe eſt rerum humanarum conditio, vt fere in deterius prolabantur. Decreueram equidem ab initio Conciliorum Græcorum Canones à Io. Tilio V. C. primùm editos, ex codicibus M S S. emendatos iterum in lucem proferre: ſed tantiſper intermiſsâ editione, quum ipſum Tilij codicem multa continere deprehendiſſem, quæ non erant in antiquiori Græca collectione, qua vſus eſt Dionyſius Exiguus, atque ea de cauſa accuratiùs modum quærerem, quo ille vetus Eccleſiæ primitiuæ Codex reſtitui & in lucem reuocari poſſet: tu mihi, veluti Theſeus alter, in explicando hoc labyrintho viam aperuiſti, huiúſque reſtitutionis rationem antea incompertam indicaſti, quam & ipſam tuis verbis deſcriptam huic operi adiunxi. Illud ergo vetuſtiſſimum Eccleſiæ Chriſtianæ monumentum,

Sardicenſe.

Cap.	F.	C.
16	—	18
17	53	18
18	102	34
19	27	34
20	27	—
21	—	159

Septimunicenſe.

Cap.	F.	C.
—	11	—
—	56	—
—	76	—
—	139	—
—	212	—
—	215	—

Suſſetulenſe.

Cap	F.	C.
—	2	—

Syricius Papa.

Cap.	F.	C.
1	—	53
7	—	27
8	—	2
9	—	2
10	—	2
11	—	19
13	—	3

Syricij Papæ Decreta.

Cap.	F.	C.
2	—	212
3	—	84
4	—	105

Cap.	F.	C.
5	—	213
6	—	100
12	—	110
14	—	214
15	—	215
16	—	4

Thenitanum Concilium.

Cap.	F.	C.
—	61	—
—	76	—
—	194	—

Tuſdritanum.

Cap.	F.	C.
—	57	—
—	76	—

Zellenſe Concilium.
v. Cellenſe.

Cap.	F.	C.
1	4	—
—	6	—
—	16	—
—	65	—
—	68	—
—	130	—
—	138	—
—	174	—
—	218	—

Zoſimus Papa.

Cap.	F.	C.
1	—	3
3	—	2

FINIS.

PARISIIS, Excudebat EDMVNDVS MARTINVS, viâ Iacobæâ, ſub Sole aureo, anno Domini CIƆ IƆ CLX.

APPENDIX
TOMI PRIMI
BIBLIOTHECÆ
IVRIS CANONICI VETERIS,

Complectens

MARTINI BRACARENSIS EPISCOPI
Collectionem Orientalium Canonum,

Adſcriptis ad margines, tum variis lectionibus, tum Canonibus Conciliorum, ex quibus capitula quæque ab auctore non indicatis fontibus deprompta fuerant.

Curâ & labore IOANNIS DOVIATII *Toloſani, Antecesſoris Pariſienſis & ſacrorum Canonum Profeſſoris Regij.*

ITEM

CRISCONII EPISCOPI AFRICANI
Alterum opus antehac non editum, quod Canones Conciliorum & decreta Pontificum expandit,

Ex Codice MS. Bibliotheca Claromontanæ Societatis IESV.

Operâ & ſtudio GVLIELMI VOELLI, Theologi ac Socij Sorbonici, & HENRICI IVSTELLI Chriſtoph. F.

a

S^TI^ MARTINI DVMIENSIS MONASTERII ABBATIS, POSTEA EPISCOPI BRACARENSIS, COLLECTIO ORIENTALIVM CANONVM, AD CONCILIVM LVCENSE MISSA.

[a] *IN LIBRVM CAPITVLORVM, ex Græcorum Synodis collectorum,*

PRÆFATIO EIVSDEM S. MARTINI BRACARENSIS.

DOMINO [meo] beatiſſimo, atque Apoſtolicæ Sedis honore ſuſcipiendo, in Chriſto fratri [b] NITIGESIO Epiſcopo, vel vniuerſo Concilio Lucenſis Eccleſiæ, MARTINVS Epiſcopus. [c] Canones qui in partibus Orientis ab antiquis Patribus conſtituti ſunt, Græco priùs ſermone conſcripti ſunt: poſtea autem ſuccedenti tempore [d] in Latinam linguam tranſlati ſunt. Et quia difficile eſt vt ſimpliciùs aliquid ex alia lingua transferatur [e] in aliam; [f] ſimúlque & illud accidit, vt in tantis temporibus Scriptores, aut non intelligentes, aut dormitantes, multa prætermittant; & propterea [g] in ipſis Canonibus aliqua ſimplicioribus videantur obſcura. [h] Ideo viſum eſt, vt cum omni diligentia, & ea, quæ per tranſlatores obſcuriùs dicta ſunt; & ea, quæ per ſcriptores ſunt immutata, ſimpliciùs, & emendatiùs reſtaurarem: [i] id primùm obſeruans, vt illa,

[a] Epiſtola Martini Bracarenſis Epiſcopi ad Lucenſes Epiſcopos. iſ. MS.

[b] Nitigi Coepiſcopo & vniuerſo. iſ. MS.

[c] Sancti Canones. L.

[d] in Latina lingua. L.

[e] alteram. L. iſ. MS.

[f] ſimul quoque. iſ. MS.

[g] in ipſos Canones aliqua apud ſimpliciores. L.

[h] Ideoque. L.

[i] hoc ſimul obſeruans. L.